3194 Mercurio | consentienti | sacrum | Hermias dedicavit | idemq. vovit.

Rep. una cum N. 3161 (III 898 vidit Mommsen).

3195 sacrum | Mercurió | epulóni | euphrosynó *(in lateribus cyathus, tibiae).*

Romae, nunc Parisiis (VI 522 vidit Henzen).

3196 Merc[*u*]rio sob[*rio*] . . .

In Africa loco dicto Henschir Bez, ubi fuit civitas Vazitana Sarra (VIII S. 12002 vidit Cagnat). Aedes Mercurii sobrii memoratur in inscriptione eiusdem loci VIII 12006; etiam Thuburnicae (in valle Bagradae), item Cirtae Mercurium sobrium cultum esse docent tituli VIII S. 14690. 19490. Romae quoque statua fuit eiusdem dei, cf. VI 9714: numularius a Mercurio sobrio, *ib. 9483* insul. [*a M*]ercurio sobrio. *Cf. Paulus Festi p. 296 s. v. sobrium vicum.*

3197 Mercur. invic.[1] sacr. | pro salute | Praesentis | n. | [*S*]agaris act.[2] e[*ius*].

Venusiae (IX 425 semel ut videtur, sed satis accurate, descripta). Initio fractam fuisse traditur. — 1) Mercurio invicto *praeterea dedicatus est titulus X 6219.* — 2) *Actor. Ab eodem homine pro salute eiusdem Praesentis eodem loco dedicatus est titulus hic Ἡλίῳ Μίθρᾳ ὑπὲρ σωτηρίας Βρι[ττ]ίου Πραίσεντος Σάγαρις οἰκονόμος (Inscr. Gr. Sicil. Ital. 688). Brittii Praesentes complures floruerunt saec. p. Chr. altero.*

3198 Mercurio | regi sive | Fortune, Blesio Bur|gionis fil. | v. s. l. m.

Nijmegen, ubi fuit Noviomagus, Germaniae inferioris (Brambach 70 qui vidit).

3199 Mercurio | lucrorum potenti[1] | et conservator. sacr. | C. Gemellius C. fil. | Ouf. Valerianus | IIIIvir a. p.[2], praef. i. d., | cum Cilonia Secunda | coniug. et Gemellis | Valeriana Secundo | Valeria l[*i*]beris suis | ex voto donum | posuit et dedicavit. | L. d. d. d. *(In latere)* dedicata | III k. Iunias | Dextro II | et Fusco cos.[3]

Fontaneti inter lacum Verbanum et Novariam, iam Mediolani (V 6596 vidit Mommsen). — 1) *Sic appellatur Mercurius etiam in alia inscriptione eiusdem regionis V 6594.* — 2) *Quattuorvir aedilicia potestate.* — 3) *Videtur significari annus 196; cf. ad V 6649.*

3200 Ἑρμῆς.

Lucri repertor atque sermonis dator, |
infas palaestram protulit Cyllenius |
Ἄρτις[1] τὸν Ἑρμῆν εἵσαθ'· Ἑρῆμς δ' Ἀττίωι |
. . . . καὶ γένος φίλους θ' ἅμα |
(sequuntur alii nonnulli versus Graeci desperatae lectionis).

(In latere sinistro)

interpres divum caeli terraeq. | meator, |
sermonem docui mortales atq. | palaestram.
. . . . [*toli*]usque terrae, |

archive.org